

Paulus redivivus  
ex. 1. epistolae  
ad Timoth. 4: v.  
8. rudi penicillo  
adumbr...

Hoslerus, Jacobus Henrici

1700-1829 81 Cbza Fol. 1708  
*Wallenius*



National Library  
of Sweden

PAULUS REDIVIVUS

Ex 1. Epistolæ ad Timoth. 4: v. 8.

RUDI PENICILLO ADUMBRATUS

CIRCA EXSEQUIAS

VIRI DUM INTER MORTALES DEGERET, SINE FUCO CANDIDI,

IMO VERE PISSIMI.

DN. JOSEPHI  
JOS: WALLENII.

PASTORIS in Ecclesiis Wesilaxensibus

QVONDAM DEXTERRIMI,

CIRCUMJACENTIARUMQUE PRÆPOSITI LONGE MERITISSIMI,  
GRAVISSIMI.

CUJUS, OB FIDEM IN CHRISTUM CONSTANTER SERVATAM,

PISSIMA AD SUPEROS TRANSLATA ANIMA, IN GREMIO

ABRAHÆ ÆTERNUM SVAVITER DELITESCIT,

CORPUS AUTEM EXANIME, ANNIS, CURIS, & QVIBUSVIS ALIIS

HIC EXANTLATUS FRACTUM MOLESTIIS

ABSOLUTA CUM LAUDE PEREGRINATIONIS SUÆ PERIODO,

GREMIO MATRIS COMMUNIS, SOLENNI POMPA,

IN TEMPLO ECCLESIE SUPERIUS NOMINATÆ,

CUM PLANCTU & DESIDERIIS MULTORUM, CREDEBATUR

A. ORB. REST. M. DCC. VIII. DIE



.I N. J.

JOSEPHUS WALLENIUS

Per Anagr.

HEUS! PIUS ILLE OVANS.



Tempore ceu quondam Thesbitæ vatis Elia  
In paucis pietas religioque fuit:  
Impietas laxis sic jam grassatur habenis,  
Est, quæ rite DEUM, turba pusilla,  
colit.

Claudicat in partem nunc (proh dolor)  
unus utramque,

Parte DEUM cordis, parte Baalque sequens,  
Alter & in totum mundi se tradit amori,  
Usque Creatorem stoccificatque suum.  
Hos sed pœna manet; pro mundi quippe favore,  
Incurrent odium, ceu meruere, DEI.  
Odit enim Etayum, dilexit & Ipse Jacobum,  
Quæris cur? pius hic, impius ille fuit.  
Sed dicis: per læta suos fert mundus amicos,  
Ast per amara DEUS; quid juvat esse pium?  
Sic est: subridet facie paulisper amœnâ.  
Mundus, & ostentat nil nisi grata suis;  
Attamen hos fracta tandem cervice relinquit,  
In Phlegethontæos præcipitatque lacus.  
Aurea nam fallax Babylon tua pocula quod sunt,  
Pomaque quod Sodomæ, quod Delilæque sinus,  
Mundus id est. *Fallit fallacis gratia Mundi,*  
Transit mundus, eum quisquis amatque, perit.  
Impietas amor est mundi, semperque valebit:  
*Impietas omnem fert ad averna virum.*  
Hæc mundi merces, hic mundi finis amoris.  
Fata sed Astripotens fert meliora piis.

Credo

Crede mihi! quamvis pietas sit mixta dolore,  
Nec cruce sæpe vacet; crux tamen illa brevis.

*Dura super quævis pietas Regina triumphat,*  
( Non secus ac superat pondera Palma virens )

Asseclasque tuos optato fine coronat;  
Dulcia næ fiunt aspera quæque piis.

Redditur his semper *splendens post nubila phæbus,*  
Terminat & mœstum lætus ab axe dies.

Astruit hæc Joseph, Jobus totusque piorum  
Ordo, super cœli culmine lætus ovans.

Ista probant Epulo, Demas horumque sodales,  
Qui sine fine suas flentque dolentque vices.

Cuncta probe tenuit JOSEPH WALLENIUS, olim  
Eximius nobis qui Patriarcha fuit.

Syncerus fuit ille senex pietatis amator,  
Et mundum flagrans odit amore poli.

Exemplo pariter nos quin & voce monebat,  
*Præ mundo profuit quod coluisse DEUM,*

Nam mundi ( docuit ) tandem gemet omnis alumnus,  
Sed quisquis PIUS est, ILLE cluebit OVANS.

Hæc pia vita senis docuit, sermoque disertus,  
Fulciit ambiguum temper & hinc gregem.

Æternum sit OVANS ergo PIUS ILLE viarum  
Dux animam, reliquum terra tegatque levis!

Nos heic in bivio qui dum versamur, oportet  
Noster quam præiit ritè tenere viam.

HEUS iraque HEUS! quisquis fieri cupis Incola cœli,  
Impia corrupti desere castra soli.

Illiciisque feræ carnis post terga relictis,  
Nitaris solo speque fideque DEO.

Sitque tibi pietas cordi; *sic itur ad astra.*  
*Sola beat pietas: cœtera cuncta nocent.*

O valeat mundus, valeat mundana voluptas!  
*Noster & æternum sit DEUS unus amor!!*

*Hoc ad Cryptam B. Dn. senioris, sibi ut olim Parentis  
instar faventissimi, ita jam longe desideratissimi,  
tristissimus, etsi rauca voce, cecinit Elegidion.*

JACOB HOSLERUS, H. F.  
Sacell: in Wesilax.

Siung.

Sjung. säf. Swad är thet äth: c.

**N**ch Libitin' som titt intråde  
tagit / I detta huus / och  
ther til marcken slagit / then  
Skeppet styra kunde och  
GUDz Hiord / at wägen eij med  
brusand bölljor rädde förstöra them /  
ändoch the offta spädde / Them död  
och mord.

\*\*\*

Men Skeppet han med Seglet  
mände råda / Samt och der til the ä-  
rar bruka båda / som Christus sielf u-  
thi sitt Ord befalt / Så the then tryg-  
ga hann snart skulle finna / och til  
then sällhet utan hinder hinna / Som  
går för alt.

\*\*\*

Troon endast är Båhmännens fa-  
sta Anckar / som kastas uth då man i  
fahran wanckar / för Willdiur / Dra-  
kar och Sidröfware / som uti willa  
hafwet of kringrånna / Och willia  
Siälen hårdt i klostwan spanna / Och  
göra wee.

\*\*\*

Wår trogna Wån och mycket  
waaksam Heerde / Saar från ofh hän  
och niuter then beskärde lust frijd och  
roo i alla Ewigheet / För thet hans  
sorg och motgång här haar warat /  
Nu Siälen är med Helgon samman-  
parat / I roligheet.

\*\*\*

Der ståmer han in en ny sång och  
wijsa / ther med han will sin Herre  
GUD beprisa / med the uthwalda  
och GUDz Helgon all / som på Cym-  
baler och på Harpor spela / och gif-  
wa GUDI lof / at eij må feela / Thet  
frögde - skall.

\*\*\*

Thes hödr ofh nu i Bönen städze  
waka / at GUD och wille detta ofh  
besaka / när wandringz tijden aldels  
uthe är / at wij tå må med frögdesull  
en tunga / Helig Helig föruthan  
Enda sjunga / Det ofh beskär!!

**W**ALLENUS quondam Reverendus in Orbe Minister,  
Tractavit summi dogmata rite DEI.  
Fæda afflictorum sanavit vulnera solers,  
Cœlesti verbo pharmaca læta ferens,  
Jussit & intellectos decorari veste salutis  
Atque fame pressis fercula sancta dedit.  
Dum degit vitam, semperque honoratus ab omni est,  
Omnibus is studuit fautor & esse bonis.  
Nunc tenet immensi radiantia sidera cœli,  
Et capit hinc vitæ commoda mille novæ.  
Qvo nos transducatur Dominus post Nestoris aetas,  
Cumque dies vitæ claudimus: hoc voveo!!!

JACOBUS LEISTENIUS.

Jac. Fil.

